tireantur. Amice itaq; à Ser^te V^ra postulamq; nec hanc irruptionem violationemq; foe[der]um, et Edictorum S^tis vestræ inultam patiatur, verum severe, et præscripto pactorum in eam animadverti jubeat, aliisq; in exemplum dare velit, ut in posterum a talibus ausis abstineat, pacisq; jura violare non præsumant. Nec non potest Chan Tartarorum juste querelam Regis recusare, de non persoluto sibi annuo stipendio, cum nos, licet assiduis ipsius injuriis lacessiti ad solvenda ea donativa non teneamur quæ à Serenissimis Antecessoribus Nostris nobisq; ipsis benigne ad promovendam benevolentiam, navandamq; contra quosvis hostes nostros, militarem operam, prædecessori ipsius concessa sunt. attamen ut eo magis constans nostrum studium in observandis pactis S^ti vestræ patere possit, id etiam anno præsenti solui, et juxta ultimaria et recentia pacta Cameneciam devehi mandaveramus. Quod vero ipse, id tollendum percipiendumq; illud, ad locum memoratum mittere, temereq; levare recusaverit sibi ipsi, temeritatisq; suæ id ipsum imputare, debet. Cum autem ex occasionem hujusmodi irruptionum, locus Budziaki dictus, quem iterum Tartari, antea ex eo pulsi contra pacta et foedera consederunt quo facilius et commodius, provis tempore, in ea vicinitate in Ditiones Regni nostri, infesto signa inferre possint, tam et villa a S^te vestra Chano concessa, in littore sub Tehinia consistentes, receptaculumq; et commoditate, licentiosis grassatoribus præbentes dare soleant, videre sane non possumus, quomodo firma et stabilis pax inter Ditiones nostras ab utrinq; durare et conservari possit, nisi ea incentiva incursionum extinguantur, occasionesq; hæ prædicantur, Tartari omnes ex Budziakii campisq; Bialogrodensibus et Tehinensibus, ultra Borysthenem pellantur, iisdemq; villis Chan Tartarorum (obtento a S^te V^ra alio in recompensationem beneficio) privetur. Cæterum ubi S^tas V^ra, uti nobis de excelso S^tis Vestræ judicio prudentiaq; pollicemur, ut Chanum severe, prout promeruit, puniverit, et alios Murzas et Tartaros Budziako pulsos in officio continuerit, villasq; eas Chano ademerit, retinebimus et nos magis in officio Kosacos Chanoq; solitum donativum reddi, et Cameneciam juxta memorata pacta, per illum ex nostro loco levandum, ut recipiendum, devehi curabimus, nihilq; ex parte nostra proficisci patiemur, quod pacem amicitiamq; lædere, pacta et foedera labefactare possit. Quod reli[quum] est S^tem vestram recte et feliciter valere jussimus, eidemq; amicæ voluntatis studia et officia deferimus.

In Oxensternium Cancellarium
Regni Sueciæ.

Væ tibi Lauritionti,
Qui conatu Diabolico
Æternum nomen quæris,
Disrupto sancto foedere
Cum Deo et Homine
In Germania prætextu Religionis,
In Dania perfidia;
Turcam et Ungaros contra Imperatorem,
Scotos contra suum Regem,
Tartaros contra Polonum movisti.
Præmium habebis ab Infernis,
In tormentis horribilibus,
Cum omnibus perfidis,
In omnia seculorum secula.

Die Ochsen stehen am berge, es will fast finster werden:
Der Stern, so Ochsen würckt viel böse Dünst auf Erden.
Davon gantz Niederland ist heftig angesteckt.
Und noch sagt man, der Ochse habe heilsam geleckt.
Das die Ochsenzung ein andere möchte lecken.
Und müssen im Kappenstam bis an die Ohren stecken.